

AURIUM.

A Scribit Augustinus lib. 14. de Civit. Dei cap. 23. fuisse quosdam, qui aures pro arbitrio moverent, vel singulas, vel ambas simul. Item qui totam caesariem capite immoto, quantum capilli occupant, ob curis laxitatem, & robur deponeret ad frontem, revocarentque, cum vellent. Caelius lib. 20. cap. 16. A. L. & Cardanus de Rerum varietate lib. 8. cap. 43.

VESALIIUS narrat se vidisse Patavii jurisconsultum Claudium Simeonem Forojulienem virum factum, & Petrum Ravafcherium Genuefem virum fortem, & strenuum, qui aures pro arbitrio movere poterant. Cardanus de rerum varietate, l. 8. c. 40.

BRACHIORUM.

Paulus Diaconus in bist. Longob. l. 5. c. 40. Cunipertum Regem Longobardorum tanta brachiorum fortitudine praeditum fuisse scribit, ut cum puer esset, duos vervecis mita magnitudinis, lana dorso tenens in singulas manus apprehensos, a terra levare: cujus exempli nullum invenit imitatore.

MANUUM, DIGITORUM.

AGILITAS MANUS

urtiusque

B Ferunt Godefridum Bullonium, Marchionem S. Imperii, & Hierofolymorum Regem, adeo in manibus fortem existitisse, ut nemo in apprehensu elabi posset, ac causam existentium hanc dedidit, ha manus impudicam foeminam non tangunt.

Alterutrus.

TIBERIUS Imp. sinistra manu agilior, articulisque adeo robustis, ut recens malum digito terberet, consuecit utque adolefcentis caput taliter. S. l. 1. E. n. 7. ex Suetonio.

* Fuit Antuerpiae Civis tanta dextera fortitudine, ut virum iusta mola in ea consistentem sustineret, & attolleret sine noxa. De Tamerlane narratur, tanto manuum, ac brachiorum robore instructum existisse, ut acinace equum maximum unico ictu medium dissecaret.

ROBUR.

ARTAXERXIS Longimano Persarum regi laudem peperit insignem decussitima corporis amplitudo, quam belli decora non pauca assugillum fecere. Tener fama, non feret inter Persas compertum manu fortiore. Primus venationis legem fansifere narratur, ut quibus affatim vires praesto forent, ac voluntas, factu primum in feras assultaret, quod Graeci προτοδοκω dicunt. Caelius l. 12. c. 20. A. L.

POLOCOVA generosus Polonus, tanti roboris fuit, ut equum solas ferreas, etiam recentes, nullo negotio, manibus instar chartae, vel alterius teri fragilis rumperet. Hieron. Henniges in Geneal. Turc. Imp.

Digitio indice, vel salutaris Martium Septimum, qui ex fabro ferrario imperium tenuit, tantum valuisse dicunt, ut curtus ex adverso nitentes repulerit, & fortissimum quemque colliserit. Quod de Claudio secundo Caesare traditur, qui digitis ita validis fuit, ut ictu digitorum, aut pugno, saepe equi dentes excusserit. Alex. l. 4. c. 6.

GEORGIUS Frensborgius Baro ita membrorum robore valebat, ut extento medio digito robustissimum quemque etiam loco dimoveret: equum currentem arrepto freno sisteret, tormentum murale solus propelleret. Henn. in Genealogia.

DEBILITAS.

D AUGUSTUS dextra manus digitum salutarem tam imbecillum interdum sentiebat, ut torpentem, contractumque frigore, vix cornu circuli supplemento scripturae admoveat. Suetonius.

PEDUM.

Ex Tit. Curforum aliquot exempla petantur, quatenus scilicet pernicitas robori attestatur. DEMOCRATES pugni cum laboraret ex pedibus, ad certamina venit, & consistens in stadio, descripsit sibi circum, & jubebat ad versarios, ut se expellerent extra lineam. At illi victi sunt ab agroto: & ipse cum bene, & fortiter in statione sua perstitisset, coronam deportavit. Aelian. l. 4. de Varia bist.

ROBUR CONSIDERATUM PER ACCIDENS.

RESPECTU

ETATIS. PUTA

SENES.

Robusti.

Consule Tit. Longavorum.

Apud Homerum cum poculum plenum ceteri vix tollerent à mensa, solus Nestor facile, nulloque negotio sustulit, seum E esset admodum senex, & viribus multis inferior: verum hostili dabat usus, & exercitium. Nam Homerus facit Nestorem φωνοβόλο. Homeri carmen sic habet:

Δίος υἱὸν Νηστωρ, ἀνδραγαθήν ἀγαυότατον Πάδωσιν, Νηστωρ δ' ὁ γῆρας ἀνυπόβητος ἔστω.

Id est,

Vix alii poculum poterant sustinere mensa Plenum, ut ex grandaevo Nestor facile abstulit illud. Erasim. STARCHATEUS jam senex, gemino cinctus ense, totidem baculis infirmam senectutem juvabat. Cui cum popularium quidam illudens, inuitem, & supervacuum dixisset gladiorum usum, ac propterea alterum sibi donari per ludibrium petisset, iustum accedere spe petitionis Starchaterus gladio transverberavit. Ad cuius facti ultionem, cum duo Hatheri milites magno equorum concursu advolassent, utrumque occidit. Facti eulam percontanti Hathero, respondit, se semper poenas ab irrisoribus exigere solitum, nec unquam impunè sibi à procaebus insultatum. Saxo Gram. Debiles.

MILONEM Crotoniatem, memoriae proditum est, cum jam senex esset, athletaque se in curriculo exercentes spectaret, F suos lacertos amplius intueri coepisse, illacrymantemque dixisse: At hi quidem iam mortui sunt. Verum, inquit Cicero, non tam isti, quam tu ipse nugator? neque enim ex te unquam es nobilitatus, sed ex lateribus, & lacertis tuis. Et post multo sitem versus: Ista ipsa, inquit, defectio virium, adolefcentiae vitii efficitur lapsus, quam senectus: libidiosa enim, & intemperata adolefcentia efficitur corpus trahit senectuti. Caelius l. 19. c. 20.

TEMANTHES Cleonaeus athleta, cum senio confectus, arcum non posset complicate, quem intendebat juvenis, dolore animi in furorem lapsus est, ac propterea vivum fe exussit. Pausanias l. 6.

Senex apud Plautum in Menemis Act. 5. sc. 2. sic de seipso loquitur: Consitus cum senectute: onussum gero Corpus, vires relinquere. Ut etas mala est merx! Mala est ergo. Nam res plurimas possimas, cum advenit, adfert: quas si autem. Omnis, nimis longus sermo est.

SEXUS. ROBUSTÆ MULIERES.

Consule Tit. Mulierum bellica fortitudine illustrium. CUMBURGA Alexii Masloviz ducis Fuxor Ernesti ducis Austriae, mater Frederici III. Imp. mulier fortissimissima fuit, & supra muliebre sexum fortis, quae digito saepe avellanam, & juglandem fregit, ac clavum parieti impexit. Cuspinianus.

APOPTHEGmata.

CRATES Thebanus cum nudatus in certamine ob corporis deformitatem derideretur. De oculis, inquit Diogenes, o Crates reliquoque corpore bono animo esto. Nam illos, qui nunc te derident, mox conspicias morbo contrahi, omnibusque viribus destitui. Significavit formam nihil omnino facere ad victoriam, sed robur, & laborum tolerantiam, qua ceteros antecederat. Laert. l. 6. c. 5.

ARCHIDAMUS, cum vidisset filium suum nimis timere contra Athenienses pugnarent. Aut vires tibi augenda sunt, dixit, aut minuenda audacia. Plut. in apoph. Lacon.

ARATUS, laudante quopiam virum desperatum, & audacem, ac idcirco & in bellis eximium: disserre dixit magnifacere virtutem, & vitam nihil facere. Plut.

ANUS quaedam videns Jovinianum Romanorum imperatorem corporis proceritate, atque mole excellentem, fide mente captum: O crasiam, quae pinguem stultitiam proclamasse fertur. Niceph. l. 9. c. ult.

Ex plebe praetera quidam in Hippodromo dicacitate eundem Jovinianum perstrinxit, & risum ingentem omnibus movit. Inanem enim, & frigidam proceritatem esse dixit. Ibid.

* Rogatio.

Vide ORATIO.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

ROGATIO verbale est à Rogo, posco, oro, contendo Sebaal Hebraeis, arius Graecis. Hinc insinua Rogatio, preces, Estque actus ipse orandi, sive rogandi. Habet autem varias

varias significationes apud r. c. & Grammaticos. Apud Ecclasiasticos pro oratione sumitur, etate frequens illius significationis usus in novo testamento. Latè de ea agimus in lib. 14. hujus operis, quibus propter nominis diversitatem, & usurpationem, frequentia adiciamus.

ROGATIONUM DIES.

Rogationes communi usu loquendi accipiuntur pro orationibus ad averendas publicas calamitates institutis ab Ecclesia, aut aliquo auctoritate ad id habente. Unde triduum illud, quod Ascensionis Dominice solemnitate antecedit, Rogationum nomine appellatur, quia illo ex veteri Ecclesia ulu solemniter instituitur Processio pro terra frugibus positum, aliisque incommodis averendis, eaque per tres illos dies extenditur, & magnaevoci devotionis frequentatur.

QUIS DIES ROGATIONUM INSTITUERIT?

Rogationum pietatem, ut testis est Siden. Apoll. lib. 5. epist. 14. primus, Mamerco pater, & Pontifex reverendissimo exemplo, utilissimo experimento, invenit, instituit, invenit. Erant quidem prius (quod salva fidei pace sit dictum) vagae, repentes, frequentesque: utque dixerim ofcitabunde supplicationes, quae saepe interpellatum praedictorum obicibus hebetabantur, maxime aut imbribus, aut frenitatem deprecatur, ad quas (ut nihil amplius dicam) sigulo pariter, ac hortulano non oportuit convenire. In his autem, quas supra factus sumus sacerdos nobis & protulit pariter, & contulit, jejunatur, oratur, psallitur, fletur.

Idem Sidenius lib. 7. epist. 1. ad ipsum Mamerco (quem alii Mamertum vocant, Episcopum Viennensem) scribens, deque irruptione Gothorum in Romanas provincias, nunciatis. Ait, se, suoque Averno nihil praesidium, opisque ponere in murorum propugnaculis. In quo igitur: Audi Solo invecturam, te auctore, Rogationum papamarum auxilio, quibus inchoandis, instituentisque populus Arverus, etsi non affectu pari, affectu certe non impari cepti initiari, & ob hoc circumfusus, necdum dat terga terroribus. Non enim latec nostram scificationem, primis temporibus harumsec supplicationum institutarum, civitas caelitus tibi credita, per hujusmodi prodigiorum terribilitatem vacuabat. Non modo scena inquam publiciorum crebris tercia motibus concutebantur, nunc Cignis saepe flammati caducas culminum eritas superiecho falliarum monte tumulabant: nam stupenda foro cubilia collocatae aduacium pavenda manufacto cervorum: cum tu inter ista discesu primorum, populariumque, statu urbis exinanito, ad nova celer veterum Ninivitarum exempla decurreris, ne divina admonitionis tua quoque desperato conciviareris, & verè jam de Deo tuo minime poteris abique peccato post virtutum experimenta disfidere. Nam cum vice quadam civitas conflagrare coepisset, fides tua in illo ardore plus caluit: & cum in conspectu pavide plebis objectu solo tui corporis ignis recusus in tergum fugitivis flexibus sinaretur, miraculo terribili, novo inusitato, assuit flammae cedere per reverentiam, cui sentire desuit per naturam. Igitur primum, & his paucis nostri ordinis vires indicis jejunia, interdici flagitia, supplicia praedici, remedia promittis, exponis omnibus nec penam longinquam esse, nec veniam, docens. Denuntiatia solitudinis minas, orationum frequentia esse molliendas: mones assiduitatem furentis incendii, aqua potius oculorum, quam fluminum posse restinguere: mones, minacem terramotuum conflictationem fidei stabilitate firmamandam, cujus consuetudinem sequax humilis turba consilii majoribus quoque suis fuit incitamento, quos cum non pigruisset fugere, redire non puduit. Qua devotio placatus impetitor peccator Deus, fecit esse obsecrationem vestram vobis saluti, ceteris imitatio, utrique praesidio. Densque illic demoneps non fuere vel damna calamitati, vel ostensa formidini. Quae omnia sciens populus iste, Viennensis tuis, & accidit prius, & non accessit postertus, vestigia tam sacrosanctae informationis amplectitur sedulo, petens ut conscientiae beatitudo mittat orationum suarum suffragia, quibus exempla transmittat.

Clarius non nihil de auctore, sine, & causa Rogationum Greger. Turonensis. bist. Franc. c. 34. ex Aelimo Avito: Refert (Avitus) in quadam Homilia, quae de Rogationibus scripsit, has ipsas Rogationes, quas ante Ascensionis Dominice triumphum celebramus, à Mamerto ipsius Viennensis urbis Episcopo, cui & hic eodem tempore praerat, institutas fuisse, L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

dum urbs illa multis tereretur prodigiis. Nam terrae motu frequenter quatiebatur: sed & cervorum, atque luporum feritas portas ingressa, per totam, ut scripsit, urbem, nihil metuens oberrabat. Cumque hac per anni circulum generetur, adventibus Paschalis solemnitatis diebus, expectabat misericordiam Dei plebs tota devota, ut vel hic magna misericordiam imprecaretur. Sed in ipsa gloriose noctis vigilia, dum missarum celebrarentur solemnia, subito palatium regale intramuraneum divino igne succenditur, pavore omnibus perterritus, & Ecclesiam egressis, credentibus, ne aut hoc incendio urbs tota consumeretur: aut certe disrupa tellure deficeret: sanctus Sacerdos prostratus ante altare, cum gemitu, & lacrymis, Domini misericordiam imprecatur. Quid plura? penetravit caelestia poli oratio Pontificis inclayi, restituitque domus incendium flumen profluentium lacrymarum. Cumque haec ageretur, appropinquante Ascensione, ut jam diximus, majestatis Dominica, indixit populis jejunium, instituit orandi modum: edendi seriem, orandi hilarum dispensationem: Celsantibus quoque exinde terroribus, per cunctas Provincias dispersa facti fama, cunctos Sacerdotes imitati commouit, quod Sacerdos fecit: quae usque nunc in Christi nomine per omnes Ecclesias in compunctione cordis, & contritione spiritus celebratur. Haec ex Aelimo Avito Episcopo Viennensi Gregorius. Extat ipsa Aelimi Homilia, tom. 3. Biblioth. SS. PP.

Carolus Magnus de ritibus Ecclesiasticis: Tres dies Rogationum, qui celebrantur ante Ascensionem Domini, iuxta morem Gallicanae Ecclesiae, constituit, S. Mamerco Viennensis Episcopus, ob incursionem scilicet malarum bestiarum, quae tunc temporis gravissime afflicebant populum Dei, quae consuetudo apud nos usque pro diversis calamitatibus devotissime colitur.

Quamvis autem Mamerco dicitur Rogationum auctor, verisimile tamen est non tam fuisse auctorem, quam instauratorem, ac reparatorem, id manifeste patet, ex his Sidorii verbis: Erant quidem, prius (quod salva fidei pace sit dictum) vagae, repentes, frequentesque, utque sic dixerim, ofcitabunde supplicationes &c. in his autem, quas supra dictus sumus Sacerdos nobis & protulit, & contulit, jejunatur, oratur, psallitur, fletur. Ex his Sidorii verbis apparet, inquit, illustri Card. Baronius, in Not. Martyr. ad 25. Aprilis, S. Mamertum Episcopum non tam instituisse, quam restituisse, & in meliorem formam reduxisse sacras Rogationes. Sanè quidem S. Augustinus qui tempore praecessit S. Mamertum, de iisdem Rogationibus, quae praecedunt celebritatem Ascensionis Dominicae, non obsecrare meminit Ser. 173. de temp. in Vigilia Ascen. tom. 10. pag. 338. edit. Lovan. Est usque Exordium hujusmodi: Scire debemus, & intelligere, fratres charissimi, quia dies compunctionis, & poenitentiae celebramus, &c. circa finem autem sic: Nullus sibi de industria aliquas occupationes inquit, per quas fecit Ecclesiae conventu subducatur: sine dubio peccatorum suorum vulnera diligit: qui in istis tribus diebus, jejunando, orando, & psallendo, medicamenta sibi spiritalia non inquit, &c. quibus quidem eundem de factis Rogationibus verba facere nullum est dubium Haec Baronius.

ROGATIONUM JEJUNIUM,

Populique in illis obeundis pietas.

IN GENERE.

Qua pietatis specimina, & argumenta in Rogationibus ederentur, his quatuor verbulis satis superque indicavit Sidorius: jejunatur, oratur, psallitur, fletur: festivas siquidem est, inquit, Avitus, cujus jucunditas tota est feria gra vitas, cujus epulae lacryma, cujus passus estus est, cujus principium ex necessitate, perseverantia in dilectione, actus in requie, requies in labore. De jejunio Rogationum hanc legem tulit Aurelianus Concilium l. c. 29. exilat apud Grat. de consec. d. 1. cap. 3. faonem p. 4. c. 11. Rogationes, id est, Litaniae ante Ascensionem Domini placuit celebrari, ita ut praemium triduanum jejunium in Dominice Ascensionis solemnitate solvatur. Per quod triduum servi, & ancillae ab opere relaxentur, quo magis plebs universa conveniat. Quo triduo omnes abstinent, & quadragesimalibus cibis utantur. Ex eodem Aureliani Concilio haec referunt Barcardus lib. 13. ca. 7. l. 10. pag. 4. cap. 40. Cum exigentibus peccatis Galliarum populi luporum rabie acriter irriterentur, nec hujus flagelli aliquod remedium inveniri posset, congregati traduntur, Galliarum Episcopi apud Viennam urbem, atque in commune ita curant, ut triduanum jejunium facerent. Cumque Dominus pestem misericorditer abstulisset, hi dies in consuetudinem annuae celebrationis abstinuit, hi dies in consuetudinem annuae celebra-

britatis venerunt, ut per Galliarum Provincias, aut Ascensionis Domini diem celebrarentur. Agamus & nos horum dies cum summa reverentia, & devotione, cum abstinentia carnis, & humilitate cordis, non, ut visibilibus luporum rabiem evadamus, sed ut invisibilem, id est, spirituum immundorum tentamenta vincere valeamus. Nullus autem his diebus vestimentis pretiosis induatur, quia in sacco, & cinere lugere debemus. Prohibeantur ebrietates, & comestiones, quae sunt in vulgari plebe. Nemo ibi equitare praesumat, sed discalceatis pedibus omnes incedant. Nequaquam muliercula choreas ducant, sed omnes in commune Kyrie eleison decantent, & cum contritione cordis Dei misericordiam exorent, pro peccatis, pro ceteris necessitatibus. Dies enim sunt abstinentiae, non latitiae.

Inter ferias numerantur etiam tres Rogationum dies in Concilio Lugdunensi cap. 4. Cujus decretum reperitur apud Gratianum de Consecrat. d. 3. c. Pronunciandum, & apud Burchardum l. 2. c. 77. Ex casibus, de quibus Presbyteri delecti Sacramento adstricti inquirere, aut sententiam suam dicere debent, hic etiam unus est apud Burchardum l. 1. c. 94. Interrogatio. Est aliquis, qui jejunium Quadragesimale, vel quatuor temporum sive Litaniam majoris, vel Rogationum; sive indicium ab Episcopo jejunium pro quacumque plaga non observaverit? Apud eundem Burchardum hic extat Canon. Si non observasti jejunium Litaniam majoris, & dierum Rogationum, & Vigilium Sanctorum xx. dies in pane, & aqua penitens. l. 19. c. 5. de contemptu jejunii. Ex quo luculenter apparet, quam rigide jejunium hoc observatum fuerit; ut & vacatio ab omni opere servili.

Verum enimvero magno pietatis sensu, plebisque incredibili accursu Processiones istae olim frequentabantur, ut jam ex Sidonio, aliique audivimus; credebaturque, nec immerito, hoc tempore propitiando numini, vel imprimis appositum esse. Ut haec possimus, Deo auxiliante, inquit Homil. de Litanii. Casarius Episcopus. Arelatensis, complere, & hostem callidissimum revincere, jejuniorum, vigiliarum, vel orationum arma nobis debemus jugiter providere. Quae licet omni tempore necessaria esse probentur, praecipue in istis tribus diebus, quos regulariter in toto mundo celebrat Ecclesia, nullus se a sancto conventu subducatur: nullus Ecclesiam quasi caelestis medici scholam occupatus terrenis actibus derelinquat, nullus castra spiritualia deserat. Scientes enim (fratres charissimi) quia qui terreno regimilitate, sic de acie pugnaturus timore compellente, subtraxerit, non solum gloriam, vel praemia parata non accipiet, sed etiam praesenti vitae periculum non evadet. Qualis ergo est ille, qui terreni regis exercitum deserit, sine dubio talis judicandus est & ille, qui in istis tribus diebus Christi Ecclesiam derelinquit. Quicumque ergo sine aliqua infirmitate aut certa occupationem; in istis diebus Dei populum deseruerit, in illo caelestis regno non praemium, sed opprobrium, non gloriam, sed ignominiam recepturum se esse noverit. Et quidem talis, quasi fugitivus & desertor castrorum caelestium, aeternam confessionem, & dignum meritum sibi supplicium sustinebit. Sed abist (fratres charissimi,) ut de vobis talia suspicemur; unde, timens hoc potius, quam de vobis finistrum aliquid credens, praesumo suggerere. Magis enim de vestra devotione confidens credo, velut apes prudentissimas ad alvearium Christi fideliter festinare, ut dulcedinem spirituales mellis ex divinis lectionibus possitis accipere, & cum Propheta dicere: quam dulcia faucebus meis eloquia tua, Domine, super mel, & favum ori meo. Et quia per totum annum, fratres charissimi, nobis peccatorum vulnera subrepunt, in istis tribus diebus fideliter ad Ecclesiam curramus, & contrito corde, humiliato corpore, Dei misericordiam deprecemur: ut omnium peccatorum nostrorum vulnera, isto triduo compunctionis medicamento ad sanitatem pristinam revocemus. Nemo ergo sibi ex industria aliquas occupationes fudeat providere, nemo se otiosis fabulis occupare, ne inde sibi vulnera faciat, unde parare sibi medicamenta poterat. Nemo in istis tribus diebus, aut sanguinem tollat, aut potionem accipiat: nisi forte ad hoc infirmitas nimium periculosa compellat. Populum ergo in unum convenire precationis causa oportet; quia, ut Avitus ait; necessaria est boni operis conspiratio. Sumit alter ex altera aut de humilitate exemplum, aut in confessione solatium. Periculosus agitur singulariter certamen, in quo vires altrinsecus experiri posse, paucorum est. At vero cum contra hostem communem multitudinis pugnat assensus, trahit etiam timidum militem virtus aliena. Robulis bellantibus infirmitas delitescit, & quodam unitatis

suffragio, laus fit invalidis in exercitu fortium computari. Denique cum victoria contingit, omnibus acquiritur: & cum paucorum dextra pugnaverit, omnium gloria triumphavit.

De S. Huberto Episc. Leodiensi haec Auditor, qui vitam ejus conscripsit. Tom. 6. Sarii. Alio tempore cum jejunium triduanum, quod more S. Ecclesiae universaliter celebratur; & Graeco vocabulo Litaniam. Latine vero Rogationes nominatur, inflaret, gloriosus Domini Pontifex iuxta consuetudinem suae Ecclesiae pro oppida, & castella cepit discurrere; semperque Verbi Dei in agro cordis audientiam seminare: venientique Trajectum iuxta consuetudinem, cum Clericis, populi que agmine, & victoriosissimis Saluatorum templa, diu, non desuete eorum suffragia implorans. Ita accidit, ut veniret etiam ad nos, qui tam insolita perpessus ultione, putabamus hominem aut perjurum, aut sacrilegi dare penas. Cum autem secretum eum examinarem, negavit se unquam vel sacrilegium, vel perjurum fuisse. Et nobis sane visus, est vera dicere: Justissimus autem, ut apud aram S. Remacii se prosterneret. Postea vero nobis missam foemlemitter celebrantibus, cum Evangelium legeretur, ille vociferatur, & surgit a pavimento. Tum vero nobis, & permulsi alii ad spectantibus, lignum est manu ejus elabitur: rursusque ille tanquam mentis stuporem patiens, quod nobis maxime admirationi fuit, humi collabitur, suisque clamoribus efficit, ut Evangelium audire non possesim. Nec diu post inanatus est. Nos vero lignum illud justissimum suspendi ad fores monasterii nostri. Hec Noigerus, & ex illo Jacobus Gresserus de Societate Jesu Tehologus. Libro de processionibus.

MIRACULIS HÆC INSTITUTIO CONFIRMATA.

Quale miraculum S. Arnolfus Episcopus in his ipsis Rogationibus patrat, his verbis docet Beda Tomo IV. Eo tempore quadriduanum (lege quod triduanum) jejunium universalis celebrare consuevit Ecclesia, vir sanctus extra civitatem cum crucibus, atque promissa populi multitudine orandi gratia secundum morem urbis processit: & ecce mulier ex mediis caeteris vocem emisit in caelum: Quod audiens vir Domini, cum cognovisset eam abreptam à Dæmonio opposito crucis vexillo. Liberavit eam ab hoste maligno.

ATTEXAMUS, & hoc, quod in Actis S. Gaugerici Episcopi Cameracensis proditum legitimus. Cum pro Galliarum consuetudine Litaniam, id est, supplicationes, vel Rogationes triduanum conventu ferent, atque vir sanctus veneratione plenissima jejunii, elemosynis, & psalmodiis eas excolere, atque basilicas cum voto clericali psallente, & crucis deferente multo populo prosequente, visitaret, ac circumiret, contigit, eum transire obiter carcerem in quo tres viri tenebantur, iuxta Vvacharii tribuni, vinculis implicati. Solita igitur humanitate G. tribuno praesenti supplices obtulit preces, ut miseris illis ipsi ad meliorem frugem revocandos largiretur. Negat ille. Gaugericus ante fores carceris prosternitur; orat aliquantisper, ut omnipotentis Dei clementia prelet, quod iudex superbus, & ita ebrius recusat. Surgit inde ab oratione; & protinus vindictam illi veneratorum praesul animarum medicinam, & sic mente, atque corpore absolutus, & ut posthac emendationi vitae studeant, admonitos, ad propria remittit.

DEVOTIO, ET PIETAS IN PARTICULARI.

Ingenti etiam pietate has Litanias obire solebat Ludovicus Rex Germaniae, Caroli Crassi pater, ut testatur Anonymus quidam, qui res gestas Caroli Magni conscripsit Lib. 3. de gestis Caroli Magni. Exst. tom. 1. Antiq. test. tempore Litaniarum de palatio discalceatis pedibus ad Ecclesiam pastoralem, vel ad sanctum Hemeraram, siquidem esset Regensburg, Crucem sequi solitus erat. Non minor pietas in his rogationibus cluxit in S. Elisabetha Turingiae Landgravia, de qua H. Theodoricus in ejus vita isthaec. In diebus Rogationum, cum quidam contra Sanctorum decreta facientes, pretiosis, & delicatis vestibus decorarentur, ipsa Princeps regis filia laevis induta nudis pedibus processionei Crucis, & Sanctorum Reliquias devotissime sequebatur. Eadem habentur in vita ejus, quae est Tom. 6. Sarii. Et haec quidem prius fuerat.

ROGATIONES VOLANTES PUNII.

Quid autem rustico cuidam festi hujus violatori acciderit, hunc in modum refert Noigerus in vita S. Remacii, tom. 5. Sarii Villa Vvademias nobis subiecta est, nec a monasterio nostro longe abest. In ea Rusticus quidam adhaec superstitis degit, qui primo Rogationum die, cum debet divino cultui vacare, contra fas abibat ad sylvam, & ligna caecidit in usu domus suae. Galliarum Ecclesiae ex praescripto beati Mamerti Episcopi Viennensis, triduo illo Litanias concelebrant, jejunii se macerant, pio affectu à mundi illecebris abstinent, & animarum

A QUO, ET QUANDO CONDITA.

Mira sunt, quae de Romanæ urbis primo Fundatore, ab Historicis narantur; neque minor de tempore, quo condita est, varietas existit. Communis, vulgoque recepta sententia Romulum conditorem agnoscit, quodque illius fundamenta facta XII. Kal. Maii, qui dies Parilia, vel Pallia dicitur. Unde Propertius.

Urbi festus erat, dixere Pallia patres: Hic primum cepit manibus esse dies.

Ferunt autem post mortem Romuli, qui imperium Italiz tres, & xx. annos tenuit, Amulium ejus filium natu minore regnum quod Numitori fratri debebatur, occupasse, epulque filium Rheam, ne quis vindex regni ex Numitoris genere oriretur Vestæ Sacerdotem fecisse: quæ mox duos pueros interituo stupro an ex Marte conceptos, enixa, quos Amulius exponi iussit. Sed fortuna origini Romanæ prospiciens, puero lupæ alendos obtulit, quæ cum sapius ad parvulos, veluti ad catulos, reverteretur, rem Faustulus pastor animadvertit, subtraçtoque feræ, cum Acca uxori, quæ meretric erat, nutriendos dedit; grandiuulos inter gregis pecorum agretti deinde vix nutrit. Quod autem à lupa dicitur educati, faulolum figmentum est, ad calandam auctoris Romani generis turpitudinem: nec incongrue factum est, nam, & meretricis lupas vocamus, constatque hoc animal in tutela elæe Martis, juxta illud:

Martius à stabulis rapuit lupas.

Nomina, autem pueris alteri Remo, alteri Romo, sive Romulo fuerit. Adultis inter Pastores de virtute quotidiana certamina, vires, & paucitatem auere. Igitur cum latrones à rapina pecorum frequenter amoverent, Remus ab his captus Regi offertur, criminique datur quasi greges Numitoris infestare solitus esset. Tunc à rege in ultionem Numitori traditur, qui adolescentia juvenis pernotus, in suspitionem expostis nepotis adducitur: & cum eum nunc lineamentorum filia simulato, nunc atas expositionis antiquum teneat, Faustulus cum Romulo supervenit, à quo origine cognita pueros, facta conjuratione Amulium interficiunt, Numitioque avo regnum restitunt.

Sequenti vero anno regni Numitoris quadringentesimo trigesimo secundo (ut tradit Cato) post illum caprum, duodecimo Cal. Majas hora post secundam, ante tertium, Romam, ubi expositi fuerant, condiderunt.

Itaque communis opinio Romulum Martis filium urbis autorem habet. Unde Cicero de nat. Deorum. Principio urbis patrens Romulus, non solum auspicato, sed ipse etiam optimus augur fuisse traditur.

Solinus quoque post nonnullorum varias de Romulo auctore opiniones subdit: Veriustamen putant à urbis conditum Romam eam, quæ quadrata dicta est.

Ser. autem Grammaticus de urbis origine anceps, Conditarum inquit, urbium dissensio invenitur, adeo ut ne urbis quidem origo diligenter possit agnosci. Nam Sili. dicit, Urbem Romam, sicut ego accipit, condidit, atque initio habuere Trojani, & cum iis Aborigines. Alii ab Evandro secundum quos Virg.

Tum Rex Evandrus Romanæ conditor arcis.

Alii Romulo, ut,

En hujus nata auspiciis illa inclita Roma.

ROMULUM autem, non Remum, Romanæ urbis, & Civibus nomen dedisse ferunt: quia captus agur urbis Remus prior sex vulvures vidit. Romulus mox duodecim, quæ res, cum unus tempore, alter numero certaret, bellum creavit: in quo extincto Remo, à Romulo Romani sunt denominati.

Ex historicis Ecclesiasticis constat, Romam conditam esse sub Achaz rege Juda, ut docet Eusebius in Chronico, vel, ut alii, sub Joathan patre Achaz.

De Romanæ urbis origine ita Virgilianus cento, Ipse lupæ sulvo nutritus regimine letus Romulus, Assaraci quem sanguinis lina mater Eduxit, gentem, Mavoria condidit olim Mænia: Romanosque suo de nomine dixit. Illius auspiciis verum pulcherrima Roma Imperium terris animos æquavit Olympo: Septemque unâ sibi muro circumdedit arces: Felix prole virum, qualis Berecythia mater Invenitur curru Phrygiæ turrita per urbes, Læta Deum parvi, centum complexa nepotes. Cunctos cæciliolas, omnes supra alta tenentes.

rum potius, quam corporum alimonia student. Ea consuetudo hodieque perseverans ob multas avertendas clades, non debet ob frivolam quædam occasionem violari. Sed id rusticus negligens, dieique sanctificationis reverentiam non exhibens, divinam sensit ultionem, fuscem enim lignorum humeris impositum, domum asportat, baculo se sustentans: dumque onus deponit, manui, curvatis digitis, adhæret baculo, nec ab ullo potuit moveri. Advocatur vicini, mirantur omnes: rogant, ut quid egerit, exponat. Ille, non dissimulat, fatetur peccatum suum, orat, ut baculum oblongum ex utraque parte amputent, ne ejus onere prægavetur. Deinde admonitus ab illis, sedulo invisitat diversarum Sanctorum templa, diu, non desuete eorum suffragia implorans. Ita accidit, ut veniret etiam ad nos, qui tam insolita perpessus ultione, putabamus hominem aut perjurum, aut sacrilegi dare penas. Cum autem secretum eum examinarem, negavit se unquam vel sacrilegium, vel perjurum fuisse. Et nobis sane visus, est vera dicere: Justissimus autem, ut apud aram S. Remacii se prosterneret. Postea vero nobis missam foemlemitter celebrantibus, cum Evangelium legeretur, ille vociferatur, & surgit a pavimento. Tum vero nobis, & permulsi alii ad spectantibus, lignum est manu ejus elabitur: rursusque ille tanquam mentis stuporem patiens, quod nobis maxime admirationi fuit, humi collabitur, suisque clamoribus efficit, ut Evangelium audire non possesim. Nec diu post inanatus est. Nos vero lignum illud justissimum suspendi ad fores monasterii nostri. Hec Noigerus, & ex illo Jacobus Gresserus de Societate Jesu Tehologus. Libro de processionibus.

Roma. Romani.

NOMEN QUOD: EJUS ETYMOLOGIA.

VARIETAS, ET QUÆ ILLIUS CAUSA.

Quod de Carthage Salustius dixit, fatius esse de ea filere, quam quædam dicere; idem de Roma sentiendum, ut ejus amplitudini, & magnificentia parulla potest esse oratio. Cæterum de nomine ipso primum inquiremus. Constat autem, Romanos verum, ac genuinum fuz urbis nomen, velut arcanum supprimere voluisse, ob camque causam Valerius Soranus extremo supplicio affectus fuit, quod arcanum hoc nomen populare profulio pisset, ut refert ex Varrone, & Solino Pietris in Hieroglyph. 36. Festus eam primum Valentiam, & Cephalon appellatam contendit. Erisivrus in suo Judice Virgiliano, quem citat Ortelius in Synonyma Geographica, triplex urbi Romæ nomen fuisse dicit. Unum hoc, inquit, quo utitur pervulgatum: alterum quod arcanum fuit, unde Amaryllida suam, quæ amorem proprie significat, in Bucolicon carmen Poeta detorfit. Tertium sacrificiis debitum, de quo vocabulum Floralibus impositum, quod Antusâ Græcè Philadelphus interpretatur, à quo hæc dicitur. Id Latine vel Florentem, vel aptius forsâle Floram, aut Florentiâ veteres. Sub Amaryllidis nomine eam Virgilium describere annotavit Servius.

Posterioribus autem temporibus Gothiam eam appellari voluit Athaulphus Gothorum Rex, ut prodidit Orofius.

Sacra, item Aeterna in antiquis Scriptionibus nominatur D. Hieron. vero Romam voluit significari vocabulo Babylonis à D. Petro Episc. 1. c. ubi scribit: Salutet vos Ecclesia, quæ est in Babylone. Sed & urbis Babylonis Romæ non semel meminuit liber de limitibus.

Causam autem cur vetus nomen urbis fuz Romani tam diligenter, & accurate expresserit, putò fuisse, ne tutelares Dei, sacris quibusdam, ut ipsis perusum fuit, evocarentur, & ita urbis in usum hostium deveniret.

Erat autem apud antiquos hæc religio, ut latè testatur Macrobius Saturnal. 1. 3. c. 9. vel potius magica supersticio, ut cum urbem oppugnabant, à vultibus intelligere conarentur, cui genio, & quibus spiritibus urbs illa esset commendata: & hoc intellecto, spiritus quibusdam sacrificiis eliciebantur, quibus elicitis, promittebant illam se incolumem restituros, si à favore urbis desisterent.

Thalmodistis Roma non solum robur, sed etiam sublimitatem cum tonitru, augurio, & imperio significat. Hocque nomine publicè vocata fuit. Alterum autem, & quidem genuinum nomen suppreffum, & nefas fuit id publicè nominare, utpote, esse Pliniam, arcanis ceremoniis impositum, ne cognitum habebatur, Deus Romanus evocaretur.

Et D. Hieronym. l. 2. adversus Jovinian. Roma, inquit, fortunadinis nomen apud Græcos est, sublimitatis apud Hebræos, quibus Ros nomen significat.

A Hanc olim indigena Fauni, Nymphaeque teuebant: Genisque virum truncis, & dura robore nata: Quae duo disiecta tenuerunt oppida muris, Hanc Janus pater, hanc Saturnus condidit urbem: Janiculum huic, illi fuerit Saturnia nomen.

URBS PROGRESSUS.

Et urbs à parvis initiis sensim in caput orbis evasit. Palatinum collem Romulus, in quo ipse educatus erat, primum munivit, auctore Livio: qua de re Manasse in Politico: Romulus ibi cum in oppidulum quoddam venisset, à conditore, Pallante Palatinum dictum, formam urbis ibi describit. Marem taurum validum, & juveneam cum junxisset, è quibus taurus patebat foris in agro juvenca cum eo jugata in urbe. Per hac signa Romulus volebat, viros quidem foris confluentes in urbem esse terribiles, feminas autem domini fecundas fideles, domum servantes, custodes rerum, quae sint in urbe, Deinde limen (lego, *βῆλον*, calcipitem, seu glebam) quod extra urbem erat, manu caprum intra urbem, mitti, precandas, ut res urbis augetur ex alienis: Hac cum disposuisset, turbæ cantu signum dat appellandæ urbis, & eam Romam vocat.

B Forum Romanum, & Capitolium non à Romulo sed à Tito Tatius additum est, ait Tacit. lib. 12. Immo & mons Quirinalis ab eodem munivit quemadmodum & Caelius à Romulo, ut scribit Dionys. Halicarnass. l. 2.

Tullum tamen Hostilium addito urbi Caelio monte pomerium protulisse monet Livius.

Annæus Martius Aventinum adiunxit, Servius Esquilium, & Viminalem, teste Strabone l. 5.

Auctor. de viris illustribus Ancum Martium Aventinum, & Janiculum urbi addidisse, nova moenia circumdedit.

Tarquinius Priscus urbis muros, ruderibus ad eam diem edificatos, faxis quadratis extruxit, quos Servius Tullius perfecit, urbemque aggere, fossis, & muro lapideo circumdedit.

Tarquinius superbus immenso ab Oriente, aggere addito Romam vallavit.

Messala Corvinus lib. de progenie Augusti, Tullus Hostilius inquit, Caelium montem urbi inclusit. Ancus Martius Janiculum urbis adiecit, portam publicicium supra Tiberim fecit, carcerem primus intruxit, Tarquinius Priscus muro latericio circumvit urbem, Esquilium regiam suam posuit.

C Sylla primus post reges, deinde Julius Caesar, & Augustus urbis ambitum auerunt.

Tiberius Castra Praetoria inter portas Viminalem, & Tiburtinam posuit, Claudius Aventinum collem urbis pomerio inclusit.

Nero deinde, & Trajanus pomerium protulerunt.

Aurelianus campum Martium pomerio complexus est.

Constantinus Magnus castris praetorio excito urbis ambitum ampliorem fecit.

Arcadius, & Honorius muros vetustate dilabentes restituerunt, qui postea bellorum injuria prostrati, à Belisario, & Narsete inaurati sunt, teste Procopio l. 4. Gothicis.

AMPLITUDO, ET MURUS.

Dionysius Halicarnassæus lib. 4. ambitum urbis 20. tantum milliarium esse dicit, cujusmodi fuit ambitus Athenarum cum Pyrao, & longis muris. Quæ verba de veteri urbe, quam Servius Tullius muris cinxerat, accipienda sunt.

Vopiscus murorum ambitum ad quinquaginta millia pro duci putat. Sed ambitum intelligit, quo inferiorem urbem Aurelianus complexus est. Ejus verba sic habent: Adhibito consilio Senatus muros urbis Romæ dilatavit: nec tamen pomerio addidit eo tempore, sed postea. Pomerio autem nemini principum licet addere, nisi ei, qui agri barbarici aliquam partem Romanam Rempubl. locupletaverit. Addidit autem Augustus, addidit Trajanus, addidit Nerva, sub quo Pontus Polemoniacus, & Alpes Cottiae Romano nomini tributa, &c. Muros urbis Romæ sic ampliavit, ut quinquaginta propè millia murorum ejus ambitus teneat.

Apud Suetonium Nero destinaverat Ostia tenus moenia promovere, atque inde fossa mare veteri urbi inducere: sed non perfecit.

Arifides in Eneidico Romæ, urbem ad mare usque descendere scribit, sed de suburbis exaudiendus videtur.

Ceterum moenia urbis olim collegisse ambitu XIII. M. P. CC. auctor est Plinius: quæ hodie M. XV. P. non excedunt, quamquam alii angustioribus eam regionibus, & finibus circumscribunt. Complexa montes septem: unde Septio collis à Fab. Pi-

store appellata: quorum nomina sunt Palatinus, Capitolinus, Aventinus, Caelius, Esquilinus, Viminalis, Quirinalis: E quibus accedunt duo alii trans Tyberim, Janiculum, & Vaticanus.

Præter hos colles Plinius regiones numerat XIX. Portas XXIV. Livius XXXII. Compitaliarum CCLXV.

Cætera verò urbis ornamenta, & ædificia publica Pub. Victor memorat: & in his ædes CC. CXXIX. Curias XXXV. Fora XI. campos VIII. Capitolia II. Theatra, & Amphitheatra III. Circus I. Obeliscos VI. Arcus marmoreos XXIV. Turres DCXXXIV. Vias denique XXX. Sunt autem hæc: Appia, Latina, Laticana, Campana, Prænestina, Cymina, Flaminia Cassia, Tyburtina, Collatina, Nomentana, Salaria, Æmilia, Portuensis, Cornelia, Claudia, Valeria, Ostiensis, Lorentina, Ardeatina, Gallica, Tiberina, Setina, Quinctia, Gallicana, Triumphalis, Prætoriana, Laticulensis, Aureliana.

Memorable est illud, quod de Constantio Imperatore fertur: eum cum admiratione contemnent aliquando Campum Martium, Sepulchrum Augusti Cæsaris: tot æreis, marmoreisque simulachris ornatum, forum Romanum, Jovis Carpeii delubra, thermas, porticus in provincie modum ædificatas, amphitheatrum, Pantheon mira altitudine spaciosius mobilibus formatum, templum Pacis, Pompei theatrum, Circum Maximum, tot arcus triumphales, tot aquaeductus, tot statuas per urbem ad ornatum positas: hæc igitur omnia contemnent cum obstupuisse, ac tandem dixisse: Naturam omnes vires suas in unam urbem refudisse.

Ex quo & Cicero de nat. Deor. lib. 2. Quemadmodum inquit, nihil in universa terram natura, mundo: sic in terris nihil Roma incluitis, nihil præstantius invenitur.

Horum omnium accuratam descriptionem, & operum molem, aliaque admiranda reperiet Lector apud L. Liphium de Magnitudine Romana, ac distinctius apud Bartholomeum Marlianum in topographia urbis Romæ.

Murus autem urbis ita fuisse ex Procopio videtur. Ab una parte Tyberim versus muri principium, erat, haud longè, ab Hadriani sepulchro, & ponte Ælio, qui in eum desinebat, è regione ædis S. Mariæ Transeptivæ, qui producebatur versus portam S. Angeli, Hadriani sepulchro viciniam. Inde murus ductus paulo infra medium Burgum, ut vocant, fledebatur in gyrum versus Xenodochium S. Spiritus, ad cuius portam propè Tyberim terminabatur, sic ut Basilica Petri, & montis Vaticani pars, quæ hodie muro clausa est, excluderetur. Quæ ratione murus duas comprehendebat portas, Triumphalem, & Aureliam, quod ex verbis Procopii apparet. Aureliam, inquit, portam ex altera parte hoc modo Gothi invadunt. Hadriani autem sepulchrum extra portam Aureliam extat, ad lapidis jactum à manibus procul extructum, spectatu dignum. Pario enim marmore ædificatum est, faga quadrata illi invicem nexa, alia nulla intermixta materia: quaternis partium pari dimensione lateribus, ita latus, ut jactus ex angulo lapis alterum ferè pertingat: latera autem altitudine urbis mania superant, statua quoque ex eodem marmore virorem, equorumque miro artificio factæ desuper insident. Quod sepulchrum veteres specie arcis urbi impositum brachiis duobus complexi sunt, quæ à monibus ad id sepulchrum porriguntur, quod ita pars murorum effectum porte imminet. Sed forte in muris urbis nimis sumus. Elogia igitur, quæ Roma data sunt, exequi pergamus.

* TITULI, ET ELOGIA URBS ROMÆ.

Tituli urbis Romæ ab ejus majestate, & magnitudine originem ducunt, quæ gentes omnes non magis imperio domina, & victrix, quam gremio parens complexa est.

Hæc est in gremio villor quæ sola recipit, Humanumque genus communi nomine fovit, Matris non domine vita, viresque vocavit, Quos domuit, nexaque pio longinquare revinxit.

Ait Claudianus lib. 3. de Stilicone.

Ea, est omnium gentium Patria, non tam urbs, quam orbis Rutilius in Itinerario:

Fecisti patriam diversis gentibus unam: Profuit in vitis te dominante capri, Dumque offere villis propriis confortia juris, Ut bene fecisti, quæ prius orbis erat.

Jam olim fuerat Mæcenæ Augustus, ut fociis civitatè daret, amplius præstitit Antonius Pius, qui cunctos Imperiis in subditos jure civitatis donavit, ait Plior. c. 16. Ulpian. lib. 17. D. Tit. de stat. hom. In orbe Romano qui sunt, ex constitutione Imperatoris

Imperatoris Antonini, cives effecti sunt. Legendus Julianus A. autecessor novell. 72.

Idco Libera civitas dicitur Symmacho lib. 1. ep. 17. Suetonio in Tiberio cap. 28. Tiberius dixit, in libera civitate linguam, mentesque liberas esse debere.

Lucanus lib. 7.

— Extremique oris Iberi, Armenii, Cilices, Nam post civitatis bella Hic populus Romanus erit.

Dionysius lib. de situ orbis, Romam honorandam Matrem omnium urbium vocat, Imperatorum regiam pulchra trivestram, iudæi utrumque dicitur ædificat, iudæi utrumque modum.

Sidonius carmine 5. de Rom.

— tum queque suos provincia fructus Expositi, ferti Indus eburi, Chaldaeus amonum, Æthiops gemmas, Her velera, thura Sabæus, Attis mel, Phenix palmas, Lacedæmon olivum, Argus equos, Epirus equos, pecubria Gallus, Arma Cahis frumenta Lybei, Campanis Jacobum, Aurum Lydas, Arabi guttam, Panchaja nyrrham, Pontus Costora, blattam Tyris, ara Corinthus, Sardinia argentum, nares Hispania desert.

Populorum parentem vocat Symmachus l. 3. ep. 11. Cunctarum Provinciarum parentem l. 4. ep. 62.

Frontinus Æternam urbem, l. de æqueductibus, Antonius in Itinerario, & Natima. 14. 15.

Ausonius:

Ignota æterna ne sint tibi tempora Romæ, Romam Magnam Symmachus ep. 18. l. 4. Horat. l. 1. Satyr. Egressum magna me accepit Africa Roma. Lampadius in Hellogabal, Intellectum quam magna Roma esset, collectis arancaram decem millibus pondo.

Auctor de Limbibus Agrorum editus à Turnebo, Babylonem Romanam vocat ob amplitudinem.

Martialis.

Terrarum Dea, gentiumque Roma, Cui par est nihil, & nihil secundum.

Claudianus.

Qua nihil in terris complectitur altius æther, Cujus nec spatium visas, nec corda decorant, Nec laudem vox ulla capis, quæ luce metalli Æmula vicini fastigii consertit æstris. Armorum, legumque parens, quæ fundit in omnes Imperium, priusque dedit cunabula juris. Hæc est exiguis quæ finibus ora tendenda In geminos axes, parvaque à sede profecta Dispersit eum sola manus, hæc obvium satis Innumras uno gerere cùm tempore pugnas, Et Gallium terras proflereneret, æquore Pœnum. Nunquam succubuit damnis, & territa nullo Vulnere, post Cannas maior Trebianque fremebat. Sacra urbis dicitur l. 2. C. Theod. de Can. frum. Vrb. Rem. Venerabilis urbs l. vit. C. Theod. de Navicular. Eadem Metropolis Romani orbis dicitur ab Athanasio, Serm. ad omnes solitariam vitam agentes: Neque reverentia, inquit, ducti sunt, quod Apostolicus thronus esset, neque ullo respectu quod Roma Metropolis Romani orbis.

D Seneca lib. de Consolatione ad Albinum c. 6. Romam communem Patriam appellat: non quod id temporis omnes Romani Imperii subditi civitate donati essent: id enim ab Antonino Pio præstitum esse aliquot post annis diximus: sed quod in eam urbem, veluti in patriam omnes gentes confluerent,

Eadem mente dixit Plinius cap. 5. l. 35. Romam esse unam cunctiarum gentium in toto orbe patriam, Athenensium lib. 1. c. 15. Orbis compendium, seu breviarium.

Cassiodorus lib. 6. c. 4. Romæ nomine contineri universa.

Epiphanius in Dialogo cum Hadriano: Quid est Romas: sors imperii orbis terrarum, mater gentium, rei possessore, Ariftides hanc comparat cum mari: quia sicut mare fluviorum accessione non crescit, nec abscessu minuitur, quasi ipsius capacitas cum illis facta quodam conæxa sit: ita nec in hac quicquam est præ magnitudine conspicuum, nec hominum accessione crescit, nec discessu minuitur.

Sidonius lib. 1. ep. 6. Romam domicilium legum, gymnasiarum literarum, curiam dignitatum, verticem mundi, patriam libertatis vocat, in qua unica totius orbis ci-

L. B. Theat. vitæ Humanæ. Tom. VI.

vitæ foli Barbari, & servi peregrinantur.

Symmachus lib. 8. ep. 68. Domicilium latius facundia.

Amianus lib. 2. Venerabilem urbem: Capitolium, quo se Venerabilis Roma in æternum attollit,

Sydon. in Panegyri: Auit: Testor Roma tuum nobis venerabile nomen.

Ennod. ep. 2. liberalis eruditionis gymnasium.

Cassiod. ep. 22. lib. 5. civitatem literarum. Et lib. 1. ep. 39. eloquentia fecundam matrem, vitarumque omnium lastissimum templum.

Amianus lib. 16. Imperii, virtutumque omnium larem.

Livius lib. 1. Nulla unquam Respublica nec major, nec sanctior, nec bonis exemplis dicitur.

Propercius lib. 4. eleg. 1.

Omnia Romanae cedant miracula terre. Natura hic posuit, quicquid ubique fuit.

Cassiod. l. 1. ep. 32. Illa enim mater omnium dignitatum, viros sibi gaudent præferre virtutum. Virtutum omnium domicilium, Amianus lib. 14. Lux omnium virtutum lib. 16. virtutum omnium mater.

Patria virtutum Cassiodoro ep. 1. lib. 2. Caput mundi. Sidonio, car. Item Gergivio veteri auctori. Atrium libertatis, Ennodio ep. 2.

Symmachus ep. 7. l. 2. Romam omnes exorto ubere, & ple-no suscipisse ait.

Cassiodorus lib. 9. ep. 25. In ipsa, inquit, curia libertatis, urbs libera. lib. 6. ep. 15. Senatuum aulam vocat libertatis.

Prudentius lib. 2. in Symmachum;

Vivit omnigenis in partibus baud secus ac si Cives pangentes concludat manibus unis Vrbis patriæ, atque omnes lare concilietur avito.

Vide Novell. Justiniani 79. & Novell. Julianus 5. & 55. & 72.

* EPIETHETA VARIA, QUIBUS EADEM

URBS A VARIIS DECORATUR.

Præter superiora. Ordine Alphabetico congesta, & digesta.

Celebratur in super urbs ista variis Epithetis. Sic Æqueva Polo dicitur Claudiano.

Æterna, Amiano. Tribulo, Ausonio. lapidibus, & nummis & Alta, Virgilio.

Altrix Imperii, Corippo.

Altrix Orbis, Rutilio.

Antiqua, Prudentio, & Corippo.

Atx omnium Gentium, Nazario.

Arx Terrarum, Symmacho, & Augustia, Corippo.

Aurea, Ausonio, & Prudentio.

Beata Nobilibus Populis, Cassiodoro.

Bellatrix Ovidio, Claudiano, & Sidonio.

Caput gentium, Martiano.

Caputi inmensi orbis, Ovidio.

Caput mundi, Cassiodoro, & Sidonio.

Caput orbis, Plinio, Trog, Ovidio, Gratia, Fortunato, & Ethico, & Prudentio.

Caput rerum, Livio, Ausonio, & Tacito.

Cælestis Athenæo.

Celeberima, Tacito.

Celsa, Prudentio.

Clarissima, Diacutivimus, Stephano.

Dardania Ovidio, & Solino.

Dea Oisæ Numini.

Dea Gentium, Martiali.

Dea Terrarum, Martiali.

Desiderabilis, Eustatio, & Dionysio, Afro.

Deum locus, Ovidio.

Dignitatum curia, Sidonio.

Distillata, Prudentio.

Domina, Anobis, Ovidio, Horatio, & Nemesiano.

Domina Gentium, Eumenio.

Domina Rerum, Appiano, Eunapio, & Ausonio.

Domina Terrarum, Amiano.

Domina terræ, matricæ, Halicarnassæo.

Domina totius Mundi, Ethico.

Domina universorum, Halicarnassæo.

Domimans, Silio.

Domus Aurea, Ausonio.

Domus Divum, Ausonio.

Domus magna Regum, Diomysio, Afro, & Eustatio.

Domus Quirini, *Aufonio*.
A Eloquentiæ fecunda mater, *Cassodoro*.
 Excelsa, *Lucano*.
 Felix, *Propertio*, *Cassodoro* ex lapide antiquo,
 Ferrox, *Horatio*.
 Futura, *Rutilio*.
 Genitrix, Hominum, & Deorum, *Rutilio*.
 Genitrix Regum, *Prisciano*.
 Gymnasium Litterarum, *Sidonio*.
 Immensa, *Statio*.
 Imperii Lar, *Ammiano*.
 Imperii Latiale caput, *Statio*.
 Imperii, Deumque locus, *Ovidio*.
 Inclita, *Virgilio*, *Ennio*, & *Aufonio*.
 Invieta, *Nummo Antiquo*.
 Læta, *Ovidio*.
 Latii Parens, *Aufonio*.
 Legum Domicilium, *Sidonio*.
 Legum patria, *Codice Justin.*
 Libertatis Parens, *Corippo*.
B Lux Orbis Terrarum, *Ciceroni*.
 Magna, *Virgilio*, *Horatio*, *Calpurnio Siculo*, *Marcello*,
Ovidio, & *Claudiano*.
 Martia, *Ovidio*, & *Aufonio*.
 Martigena, *Silio*.
 Martis Urbs, *Martiali*.
 Mater Civitatum, *Ennodio*.
 Mater Ducum, *Claudiano*.
 Mater Dignitatum, *Cassodoro*.
 Mater Eloquentiæ, *Cassodoro*.
 Mater Mundi, *Rutilio*.
 Mater Omnium Urbium, *Dionysio Afro*, & *Eustathio*.
 Mater Regum, *Claudiano*.
 Maxima Rerum, *Virgilio*.
 Mundi Miraculum, *Cassodoro*.
 Mundum totius templum, *Ammiano*.
 Numinis Instar, *Lucano*.
 Officina Orbis, *Seneca*.
 Orbis Caput, *Ovidio*.
 Ornata Senatoribus, *Cassodoro*.
C Patria Communis, *Modestino*.
 Patria Gentium, *Plinio*.
 Patria Libertatis, *Sidonio*.
 Potens, *Horatio*, *Aufonio*, *Paulino*, & *Ovidio*;
 Præpotens, *Noxatio*.
 Prima Terrarum, *Paulino*.
 Prima inter Urbes, *Aufonio*.
 Princeps Urbium, *Horatio*.
 Pulcherrima, *Virgilio*.
 Pulcherrima Rerum, *Virgilio*.
 Pulchra, *Athenæo*, & *Ovidio*.
 Quirini Urbs, *Ovidio*.
 Regia, *Horatio*.
 Regina, *Athenæo*, & *Ammiano*.
 Regina Pulcherrima Mundi, *Rutilio*.
 Regina Rerum, *Eunapio*.
 Regina Terrarum, *Ammiano*, & *Masario*.
 Regina Urbium, *Athenæo*.
 Romulea, *Ovidio*.
D Sacerdotii Fons, *Codice Just.*
 Sacra, *Aufonio*, *Mamertino*, *Laetio*, & *Elbico*.
 Sacratissima Urbs, *Codice*.
 Saturnia, *Ovidio*.
 Sedes toto mirabilis Orbe, *Cassodoro*.
 Septemgemina, *Statio*.
 Superba, *Aufonio*.
 Templum Belli martis, *Plutarcho*.
 Templum latissimum omnium virtutum, *Cassodoro*.
 Templum Mundi, *Ammiano*.
 Trojugena, *Livio*.
 Turbida, *Faventali*.
 Vallata, *Silio*.
 Venerabilis, *Ammiano*.
 Vertex Mundi, *Sidonio*.
 Victrix, *Ovidio*.
 Victura cum sæculis, *Ammiano*.
 Virtutum Lar, *Ammiano*.
 Uranopolis, *Athenæo*.
 Hæc, & plura hujus generis elogia apud classicos scriptores de hac urbe, cui par est, aut nihil secundum: ut *Martialis*,

& qua nihil in terris complectitur altius æther, ut *Claudianus* cecinit: & auctore *Martiano*, gentium caput, armis, visis, E sacrisque quamdiu viguit, cœlestis laudibus conferranda, cuius membra, ut habet in *Excerptis Olympiodorus*, ex Ammonis geometra dimensione, quo tempore Gothi priore illa incursionem infestantur, viginti, & unius miliaris spatium in circuitu habere compta sunt. Hanc ampliatæ ita Aurelianus Imp. tradit *Popsicus*, ut quinquagesima propè millia murorum ejus ambitus redcat.

* ROMANI IMPERII AMPLITUDO.

Pro amplitudine, & Dignitate Romani imperii, locus hic ex *Ammiano Macellino* suffecerit: Tempore, inquit, quo primis auspiciis in mundanum fulgorem surgeret victura, dum erunt homines, Roma, ut augetur sublimibus incrementis federe Pacis æternæ, virtus convenit, atque Fortuna, plerumque dissidentes, quarum si altera defuisset, ad perfectam non venerat sublimitatem. Ejus populus ab incunabulis primis ad usque pueritiam tempus extremum, quod annis circumcluditur ferme trecentis, circum murana perterrita bella: deinde eadem ingressus adultam, post multiplices bellorum ætumnas, Alpes transcendit, & Fretum: in juvenem erectus, & virum, ex omni plaga, quam orbis ambit immensus, reportavit laureæ triumphos: jamque vergens in senium, & nomine solo aliquoties vincens, ad tranquilliora vitæ ora discessit. Ideo viri venerabilis, post superbas effrataram gentium cervicis oppressas, lataque leges, fundamenta libertatis, & retinacula sempiterna: veluti frugi parens, & prudens, & dives: Casaribus, tanquam liberis suis, regenda patrimoniâ jura permisit, & olim licet otiosa sint tribus, pacatæque centuræ, & nulla suffragiorum certamina, sed Pompeiani redierit securitas temporis: per omnes tamen, quotquot sunt, partes terrarum ut Dominâ suscipitur, & regina, & ubique patrum reverenda cum auctoritate canities, populique Romani nomen circumspexit, & verendum. *Hæc ille*.
 Longum verò effect recense, quomodo Romanum imperium successivis imperiis auctum, amplificationem fuerit. Suffecerit annotasse per compendium, quas provincias in orbem agnito possederint Romani, dum rerum Domini, orbisque domitores habiti fuerunt, possederunt itaque,

IN ASIA.

Colchidem,	Armeniam.
Iberiam,	Syriam.
Albaniam,	Arabiam.
Pontum,	Palæstinam.
Bosphorum,	Ciliciam.
Cappadociam,	Pamphyliam.
Galatiam,	Lydiam, &
Bithyniam,	Asiam totam minorem.

IN AFRICA.

Egyptum Cyrenaicam,	Numidiam.
Marmaricam,	Mauritaniam.
Cætiliam,	Aliaque minores aut ignotiores.

IN EUROPA.

Italiam,	Macedoniam.
Hispanias,	Epyrum.
Gallias,	Græciam.
Inalpinos,	Thraciam.
Rhætiarum,	Mæsiarum.
Noricum,	Daciam.
Illyricum,	Pannoniam.

MAGNITUDO.

Magnitudinem Romanam Magnus *Lipsius* quatuor libris complexus est, ad quos Lectorem meum remitto. Sed ut cidem constare possit, quibus tandem argumentis eum adstruere conetur præclarus ille scriptor, & ut hac occasione si excietur ad illius lucubrations verlandum: visum fuit, summaria eorumdem per compendium præsentî loco adicere.
 Primo itaque libro Romam à potentia laudat, per Elogia veterum.
 Expendit fines Imperii Romani, & quæ illi provinciæ adnumeratæ.
 Deq; copias, & præsidia tam in ipsa urbe, quam circa limites.

Copias

Copias quoque in mari, aut fluminibus.
A Colonias quas duxerunt alio maximas.
 Denique Romanorum multitudinem.
 Libro secundo metitur magnitudinem Romanam, ex præfatis vechigalibus, Tribubus, captivitate.
 Anario militari, & aliis illud explendum necessariis.
 Metallis, & argenti, auri, illarumque rerum fodinis.
 Vechigali Urinario, & aliis.
 Opibus Byzantini Imperii.
 Pecunia, & triumphis.
 Impensis publicis in militem, magistratum, populum, ludos, frumentatione.
 Effusis Principum donis, & privatorum opibus.
 Tertio verò libro magnitudinem hanc confirmant.
 Opera Romana, magnifica, diuturna.
 Roma ipsa, situs Urbis, ejusque amplitudo.
 Suburbiorum magnitudo, & hominum in toto hoc ambitu frequentia.

B Edificiorum decor, & ornatus.
 Tempia, Capitolium, Pantheon Pacis, & pleraque alia.
 Fora celeberrima.
 Balnea, Therma, Rostra.
 Statuæ passim in vicis, & adificiis collocatæ.
 Via publica magnorum operum.
 Aquæ ductus, cloacæ, pontes.
 Urbans, & rustice ædes privatorum.
 Denique libro quarto magnitudinem Romanam commendat, à Romanorum virtute, & populi Ordine.
 Justitia, clementia in bello.
 Fortitudine militari.
 Probitate, pietate, constantia illorum.
 Luxu mensuram, & vestium.
 Doctrinarum variarum studio, & salario in Doctores.
 Imperii Romani diuturnitate.

Post quæ omnia bene concludit: & hoc maximi faciendum, sub magno tali imperio, quale fuit Romanorum, pacem, ac quietem gentium ubique fuisse: Nusquam, inquit, arma, hostis, prædo: arabant, ferebant, metebant: convivia, conjugia inabant: liberos gignebant, educabant omnia securè, & nec aurius quidem læsis timore bellis. Nam si quod tale erat, cum barbaris neapæ, & longinquis, & quod velud iudicium, aut fabellam, tui liminibus, & præsidis suis, audirent.
 Pulchrè *Aristides*: Bella verò vix unquam nunc creduntur extitisse, ac pro commentis habentur à plerisque. Quod si aliquid ad limites conflictus fuisset, (ut in magno, & immenso imperio facile, ob Cætarum insaniam, vel Afrorum miseriam, vel rubri maris accolarum infelicitatem, qui commodi, bonique visus nescierunt uti) mox ista, tanquam fabula, cum omni memoria evanuerunt. Tanta pax ad vos viget, o Romani, estis militiam, bellumque habetis inter patria instituta.

Atque iterum idem (quomodo enim melius, certiusque vetera repræsentem, quam veteris scriptoris verbis?) in eam laudem, universus orbis sub vobis, tanquam festum diem agicans, quos olim gerere solebat gladius deposuit, ad convivium autem, & reliquam omnem lætitiarum liberè se convertit. Et alia quidem contentiones, aut certamina urbes reliquerunt: unum omnes habet, ut earum quæque pulcherrima, & jucundissima ad spectu appareat. Itaque omnia plena gymnasiis, fontibus, sive aquaductibus, porticibus, templis, tabernis, scholis: ut aliquis verè dixerit inclinantem, & labantem mundum, restitutum à vobis esse. Nec urbes solum splendore, & decore lucent, sed tota adeo terra, instar horti, aut paradisi, conspicitur exulta. Ut miseratione planè digni videantur, si qui imperio vestro non subiacent (qui pauci tamen sunt): ut qui tantis bonis careant.

De hoc Imperio magnificè *Tertullianus de Pallio*, hoc revera orbis cultissimum hujus Imperii rus est. *Ovid. 12. Fastorum* de eodem cecinit.
Gentibus est aliis tellus data limite certo.
Romana spatium est urbis, & orbis idem.
 Ceterum Imperii hujus originem, incrementum, & culmen brevi compendio enumerat in *Tabula ejusdem Arab. Ortelius* in hunc qui sequitur modum, primo sub Regibus septem, Romulo, Servio, & per annos ducentos, & tres supra quadraginta non amplius, quam ulque portum, atque Hostiam, intra decimum octavum miliarium. Romanum processit Imperium. Sub Consulibus verò, inter quos interdum dictatores, & decemviri, ac Tribuni militares fuerunt, per annos quadringentes.

L. B. Theat. vitæ Human. Tom. VI.

ros, & septem supra quadraginta usque trans Padum Italia est. E capta: Africa, Hispanique subacta, Gallia, & Britannia tributaria sunt factæ: Illyrici, Histri, Liburni, Dalmatæ sunt domiti. Ad Achajam transitum est: Macedones expugnati: cum Dardanis, Moësis, & Thracibus est bellatum, ad Danubium, est perventum, ac in Asia (pulsò Antiocho) primum pedem poluerunt Romani. Mithridate victo regnum Ponti est capturn, cum Armenia minor, quam idem tenuerat. In Mesopotamiam progressum, est, & cum Partis fœdis in initum: contra Carducos, & Saracenos, ac Arabas pugnatum: quod ea omnis victa Sicilia, & Syria in potestatem redacta, & tandem in Ægyptum perventum. Sub imperatoribus autem, à D. Augusto nempe ad Theodosii superioris, & Honorii, ac Arcadii filiorum tempora, per annos quadringentos, & quadraginta Cantabri, Astures, totaque Hispania sub jugum missa, est. Alpes maritimæ, Coccagæ, & Rhetice, Noricum, Pannoniæ, & Mæsiæ Imperio accesserunt. Omnis ora Danubii in Provincias est redacta. Pontus omnis, & Armenia major, Mesopotamia, Alysria, Arabia, & Ægyptus in Imperii Romani Jura concesserunt.

* FORTUNA URBS VARIA, ET DECREMENTA.

Sicigitur urbs illa pastorum manu condita, variam deinceps, & multiplicem experta, est fortunam: Regum, Consulium, Dictatorum, Imperatorum. Pontificum dominata usque, à vetricis populis tentata: ab externis gentibus petita: à Gallis Senonibus incensa: à Gothis, Vandalisque vastata: Cætarum Germaniarum conceptu quater capta: denique tot ruinis, ac ruderibus nunc passim delormata, ut jam non amplius lapidea, aut marmorea (quam se olim relicturum Augustus Cæsar gloriosus fuit) sed terrea, & lætencia rufus esse incipiat: neque mirum videri debeat, si quis Romam in ipsa Roma nunc requirat.

Lulit hoc carmine in ruina urbis Romæ *Janus Vitalis*.
Qui Romam in media queris novus advena Roma,
Et Romæ in Roma nil reperis media.
Aspicit murorum moles præruptaque saxa.
Obrutaque ingenti valla theatra sibi.
Hæc sunt Roma. Piden velut ipsa cadavera tanta.
Orbis adhuc sperem imperio sumas.
Vicit ut hæc mundum, nixa est se vincere, vicit.
At se non vidit me quid in orbe foret.
Nunc Roma in vicia, Romæ illa in vicia sepulci est.
Et vidit eadem, viciaque Roma fuit.
Abula Romani restat nunc nominis index.
Et rapidis atrum fertur in æquor aquis.
Disce hinc, quid possit fortuna: immota labascunt,
Et quæ perpetuo sunt agitata manet.
 Et extat aliud non inelegans Epigramma incerti Auctoris, de istdem urbis ruinis.
Vitis cecidit: de qua si dignum dicere quidquam.
Moliar, hoc potero dicere, Roma fuit.
 Non tamen aurorum series, non flamma, nec ensis,
Eternum potuere hoc abolere decus.
Cura hominum potuit tantam componere molem,
Quantam non potuit solvere cura Deum.
Confer opus, marmorque novum, super unque favorem.
Artificum vigiles in nova facta manus.
 Non tamen aut fieri parstanti machina muro,
Aut inflaurari sola ruina potest.
 Tantum restat adhuc, tantum ruit: ut neque stans pars,
Æquari possit, diruta nec refici.

* ROMAM A PONTIFICE ROMANO JUSTO Titulo possideri.

Romani urbis legitimam possessionem jam à sæculis multis Romani Pontifices mierunt, ut de qua *Prosper*:
Sedes Roma Petri, quæ Pastoralis bonoris
Facta caput mundo, quidquid non possidet armis,
Religione tenet.
 De hac oraculum illud vetus accipitur:
His ego nec metas rerum, nec tempora pono.
Imperium sine fine dedi.

Iiii 4 Non

Non hoc dictum est de Roma imperia, Roma ethnica, Roma, quae tyrannide sua totum premebat orbem terrarum: sed dictum est de Roma pia, Roma Christiana, Roma, quae mater, & matris est omnium gentium, ad Christum cuiusque fidem venientium. Huic Ecclesiae Romanae non est praescriptum tempus, aut locus: Petro Pastror Romano non est meta aliqua posita. Omnes aetates futurae, omnes regiones, & provinciae, in quibus Christi nomen recipietur, huic semper erunt subiecta Imperio. Est enim Imperium ipsius Christi. Dedit ei potestatem, & honorem, & Regnum: Omnes populi, tribus, & linguae ipsi servant. *Daniel 7. Ita Cornel. Mussus in conc. Ca. thedra S. Petri.*

Pro eadem intelligenda Christi promissio, de Ecclesia super petram Petri aedificanda, adversus eam inferorum portae non prevalerent. *Matth. 16.*

A DONATIONE CONSTANTINI.

Constat certe, Constantinum Imperat. Romanam urbem Pontifici in mancipium, & nexum attribuisse. Verba donationis ex Codice Graeco Bibliothecae Christianissimi regis subiciam, latinitate donata. Edictum, ac effectum

divinum Magni Constantini de Pontifice Romano. Omnibus Provinciarum Receptoribus, & Senatui R. Imperii Romanum Pontificem, successorem Sanctorum Apostolorum, & Domini mei Petri, majorem, quam imperator habere potestatem per univ. orbem adversus omnes (deest) & pluraquam imperatorem coli, & honorari, caputque esse quatuor antiquarum sedium, & ab eo iudicari, & decerni, quae orthodoxae fidei conveniunt, & dicimus: Donamus etiam Patri meo B. Sylvestro, & successoribus eius, nostrum Palatium, & iudicium, & capitis lapillis preciosis, & gemmis textum, epomidem, quae collum cingat, chlamydem purpuream, coccineam tunicam, & omnia regiae vestimenta, ephippia, quibus equi regii insistentur, sceptrum, & reliqua imperii ornamenta, & gloriam omnem meae potestatis. Eos autem, qui in Clerum Romanorum alleciti sunt, ornari iubemus iisdem quibus Senatus noster vestimentis. (lego *vestimentis*) equo vehi, albis vestibus regii. Ita & calceos oron fieri ex pannis albis, & cum, qui lectus sit Clericus, a nemine impediri posse, quominus sit Senator. Quando vero coronam auream pater meus S. Sylvestro, qui ex humilitate, & moderatione respuit, haec ornamenta, quae sanctam resurrectionem, & super illustrem locum significant (lego *in spiritu*) sancto eius capiti imposuimus, Nos huiusmodi officium obeuntis, & irana eius equi tenentes, ex aula palatii exivimus, reverentia, & metu Domini mei S. Petri. Maxime autem utile, & amicum Deo esse duximus, cedere urbe Roma, & omnibus occidentis locis, ac urbibus sanctissimo Papae & robur imperii transferre ad ortum, & capere Byzantium urbem optimo sub sole situ, & eo sedem Imperii ponere: iniquum existimantes, ut Imperator in eo loco summam potestatem haberet, ubi Christianae fidei celsus principium nobis fuit. Cum hac manu propria scripserimus, & reliquis Domini mei Petri imposuerimus, iusticiam damus, non modo nos servaturos, quae sanximus, verum & nostros successores, & sancte, ac religiose servant, obstringimus, idque iurati Patri nostro Papae, & successoribus eius pollicemur.

Hanc Constantini donationem Ilidorus Hispalensis ante mille plus minus annos veram, & legitimam esse asseruit, cuius ille instrumentum latinis verbis exprellit, & disertis verbis in D. historia sua Sylvestro Papae factam a Constantino confirmavit. *Naclerus generat. 2.* Ilidori verba asserit, quae sic habent: Constantinus utre celsus Pontifici, ornamentique imperialibus, diademate videlicet, & equo albo, quo vehebatur. Photius Patriarcha Constantinopolitanus, haud equidem ille Pontificiae auctoritatis asseritor, aequalis Caroli Crasti Imper. temporibus. *Nomocanonis c. l.* Donationem hanc legitimam asseruit.

A POSSESSIONE DIUTURNA.

Sed ut donatio illa incerta sit, & ambigua, prout eam plerique faciunt, validis argumentis pro sua sententia adductis, iure tamen diuturnae possessionis in hunc usque diem tenent. Pontifex neque armorum iure, neque per vim Constantinopolitano imperio Romanum subdidit, sed cum Romani, ac Itali Imperatoris haereticum regem detrectarent, & inde ab Iconoclastis Graeculis, inde a Longobardis Barbaris impiè vexarentur, in fidem, ac clientelam Romani Pontificis ultro se contulerunt, qui regum Franciae auxilio, utriusque gentis jugum excussit, & eorundem regum auctoritate Imperatorum

Romae adeptus, eam per nos gentes plus minus annos omnium consensu tueri.

Certe Romanus Pontifex ovium suarum saluti consulere debuit, cui aliter id temporis consuli non potuit, quam si iugum oppressoris excuteret, eorum maxime auctoritate regum, qui collapsum Occidentis imperium restituerunt.

Sed audiendus ea de re *Zonaras in Leone Conone*: Ob heresim, & tyrannidem Cononis Gregorius, qui id temporis Pontifex Romae regerebat Ecclesiam, repudiata communione Pontificis novae Romae, & eorum, qui cum eo sentirent, illo quidem cum imperatore Synodico anathemati subiecit, & vestigalia, quae ad id usque temporis imperio inde pendebant, inhibuit, isto cum Francis federe, unde illi occupandae Romae occasionem habuerunt.

Igitur Papa Gregorius derelicta Imperatoris obedientia, ob perverfam illius opinionem scodus cum Francis inivit, cum prius sapè laborasset per litteras, ut Leonem ab impietate, & odio Dei abduceret, atque ad cultum sacrarum imaginum revocaret. Non igitur ambitionis aut rebellionis iudicio Pontifex Romanus ab Imperatoris Leonis obsequio discessit, sed perierat, ac religionis, ut grege suo saluti consulere, regum Franciae ope, quos Romam eo alioquin obtinuisse ait, & ius suum deinde Romano Pontifici esse dicit non est.

Idiocratorum Pontificis Romani Graeci auctores agnoscunt. Basilium Imperatorem Pontifici Romano Hadrianum, sicut & Ludovico Imperatore supplicat petit adversus Barium Saracenum. Unde sequitur id temporis Pontificem Romanum *idocratorum Romae*, quarundam Italicae partium habuisse.

Sed verba *Pauli Diaconi* subiungenda sunt *lib. 21.* Anno nono imperii sui cepit impius Imperator Leo contra sanctas, & venerabiles imagines facere verbum: Quod cum didicisset Gregorius Papa Romanus, tributa Romae urbi prohibuit, & Italiae, scribens ad Leonem epistolam dogmaticam, non oportere imperatorem de fide facere verbum.

Et paulo post: In seniori vero Roma Gregorius sanctissimus, vir Apostolicus, & Petri Apostolorum Principis confessor, verbo, & actu coruscus, qui removit Romam, & Italiam, necnon & omnia tam Republica, quam Ecclesiastica iura in Hesperis, ab obedientia Leonis, & imperii sub ipso constituit, *Paulo post*: At Imperator contra Papam, atque Regem, & Italiam, ac Italiae faviebat. Idem tributa capitalia Trachia, parti Siciliae, seu Calabriae superimpoluit. Eo vero, quae dicitur patrimonium Sanctorum Principum Apostolorum, quae olim Ecclesiae avari dimidit, & tria conferebant talenta, publicae rationi exsolvī precepit, considerate etiam, ac describere natos mater iubens.

Manasses arbitrator Romani imperii Constantinopolitani jugum excussit sub Irene: cum Carolus Magnus a Leone Pontifice, quem ab exilio in integrum restituerat, coronatus Imper. Romanorum, & in iunctus esset: Leo Carolum a capite ad pedes oleo ungit, & Imperatorem occidentis facit. Ita iterum matrem, & filiam odia accendit, onces trieni voluerunt decedentes, abscindentes cum furore juvenculam speciosam novam Romam, a rugosa veteri capulati Roma. Sic ille.

Jam ante sub Leone sauro Pontifex Romanus Romam imperio Constantinopolitano subtraxerat: Ante Leonem Justinianus Magnus, sub quo, & Papae Romani auctoritate Imperatoris instituti sunt, alii exilio multati, Justinus, Iulianus, Mauricius, Phocas, Heraclius, Constantinus, Constantinus, & Romani imperium referre cogitavit, veterem illam, & Principem urbem plenissimo imperii iure tenuerunt, ipse etiam Leo Conon, quamdiu bene de fide sensit. Haec ex Bullengerio de Imperio Romano *lib. 2.*

* SCRIPTORES.

DE ROMANAE URBS, ET IMPERII AMPLITUDE. Celebrarunt Romam scriptis suis, *Q. Fabius Pictor. Sext. Rufus, & Pub. Vili.* suntque his vetustiores. Ex recentioribus *Blondus, & Scriverius, cum Nic. Reufnero, in suis descriptionibus Italiae.* Item *Fabius Calvus Ravennas, Bart. Marianus, Andr. Fulvius, Greg. Fabricius, Lucius Faunus, Andr. Palladius, Lucius Maur.* & nuperime *Jacobus Boissardus.* Ejus magnitudinem descripsit *Juss. Lipsius, Antiquitatem Joannes Kosius,* topographiam idem *Janus Briffartius,* qui etiam tabulas aeneas evulgavit antiquitatum, quae ibid. adhuc videntur. Antiquas illius Epigrammata collegit. *Jacobus Marochius, Familias Fulvius Orsinus, & Duffes Aldebrandus* ejus staturus.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Ros Graecè *apros*, est vapor densus, qui in Vere, & Autumno interdum propter exiguum solis calorem, non procul a terra fovebatur, frigiditate temperatae noctis in aquam resolvitur. Sive (ut Apulejo placeat) est nocturnus humor, quem serenitas tenuit spargit.

Ros dicitur, teste *Ilidoro*, quia raris sit, non ita spissus, & rossus, ut pluvia, aut alia impressio humida: Descendit itaque subtiliter, & quasi insensibiliter in terram.

Differt autem a pruina, quod ros citius, immo mox resolvatur in aquam, plantis, terrae superincidens: pruina autem congelascens perdetur diutius, quam liqueat. A pluvia vero differt, paucitate materiae, loci vicinitate, quodque ros non fiat nisi tempore temperato in caliditate, & frigiditate, coeque sereno, & tranquillo.

SPECIES.

1. Mannā singularis quadam species rosis est. Est autem manna ros herbis quibusdam incidens, qui coagulat, ut mel, & exsiccat, ut gummi, sique dulcis. At quia in parva reperitur quantitate, adulteratur melle, & succo liquiritiae, dignoscitur tamen, quia subalbidum est, & habet interius quadam concavitates velut favus mellis. *Vide locum de Manna.*

2. Mel est succus rosis coelestis, quem apes colligunt. Humor sane melleus solis virtute super ipsam urbium regionem ascendit, & inde occulto modo rosi permixtus iterum in herbis frugibusque, ac floribus redit, temperatae fapore.

3. Ladanium est succus rosis cadens super herbam, quae Cusficus dicitur refudatione foliorum permixtus, colligitur de pilis caprarum, cum plantam desepcentium, nam in villis, ac barba earum dependet. Ladano gloriatur Arabia, inquit *Plinius. l. 12.* Nam alibi non fit nisi in Nabathaea regione Arabiae Syriae contermina. De his multa apud Medicos.

CAUSAE.

Subjectum five materia rosis est vapor subtilis, tempore diurno elevatus, qui secundum Alberum inter omnes vapores altissimus ascendit, & tota non infima, sed in summa parte mediae regionis generatur. Secundum nonnullos tamen fit in infima regione aëris, in qua necessario redierit interdiu subulata, sed post solis occasum a frigore nocturno condensatur, postea in aquam resolvitur, quae guttatim circa crepusculum matutinum decidit orbiculariter, juxta naturam aquae, cum sit homogenis.

Objectum, five materia in, qua rosis, est ima, vel infima regio aëris: Hujus signum est, quod alti montes, & aedificia torc non madescant, cum tamen terra sit humectata, idque non fieret si generatio rosis altius a terra esset.

Eficiens causa sunt sol, & astra. Item frigus nocturnum propter absentiam solis. Et hinc est, quod Aleman Lyricus poeta rorem Luna atque aeris dixit esse stilium, teste *Macrobio*, quod quidem signum est a natura sumptum est, agente quidem Luna vapores terrae humidos nequeunt abentes sole confurgere altius frigiditate aëris, & luna, alternati vertuntur in tenuem aquam, quae decidens ros aëthero tempore appellatur: hinc vero condensati gelu, pruina dicitur.

Forma est elevatio subtilis vaporis, modicum caloris obtinentis a corporibus humidis, usque ad infimam regionem aëris per calorem Solis, & aliorum astrorum, qui propter frigiditatem noctis temperatae condensatur, & convertitur in aquam descendenterem, quae per guttulas minutissimas descendit, & adheret herbis, & foliis arborum, humectans illa, & reddens terram succulentior, ac si a locis putridis elevatus vapor in rorem versus ceciderit, enecat aliquando animalia.

Finis, five effectus rosis viscosi instar mellis fluentis variis sunt effectus.

Primo, inducit mortem ovium rosis herbis vescentibus & comedentibus, quae fluxu vitis emortuunt, & hoc est propter viscositatem materiae, quae calidum quiddam, & sic cum habent, quod in illo rore nutrit colorem, ideo oves hac ratione mortuae crocyta habere viscera conspicuntur, num. dulce obspicit, & avidus devoratur obtruit hepatis, quod plerumque sequitur morbus ictericus etiam in homine.

Secundo, Ros ille viscosus instar sacchari, aut farinae super

plantas conspicitur, quae ex hoc marcescunt, eò quod omnem humiditatem plantarum attrahat. Nonnunquam etiam vermiculi noxii eo generantur, & ita calore solis plantae contrae marcescunt.

Tertio, Ros ut natura colorificus, rorentes segetes collectas putrefacit, calor enim omnis externus putrefacitivus est. Quarto, Ros ovibus lethalem ventris fluxum generat, ob humorem multum viscosum, nec satis exocum. Ideo pastores non prius oves educunt, quam sol visus rorem fumis graminibus, herbisque haerentem devorat.

Quinto, Ros ipso imbre efficacior est in succandis frugibus, & humectandis siccitibus herbis. Gramina enim irrigata lata praebent pascua, adeo sanè, ut in quibusdam terris tantum una nocte rorescat, quantum pecus praecedenti die depastum fuerit.

Sexto, Ros gelidus est, multumque infrigidat, etenim nisi roris succo reficerentur herbae, & fruges cito arcescerent profecto diurnoque solis ardore perirent.

Denique, Ros pruinosus, sive in pruina versus, est noxia pestis, praecipue vitium. Nam humorem exhaurit, & audit folia, ita nec ipsa quercus a foliorum aduisione tutari queat.

* Rosa.

DEFINITIO & ETYMOLOGIA.

Rosa flos est & spinis nascens suavissimi odoris variae virtutis *Plut. 3. Symp. prob. 1. & Clemens Alex.* affirmant ad Graecis vocari, *phoradon* & *phos* & *phos*, quod odoris fluxum omittat, quo fit, ut quanto ocyus marcescat. Multa de rosa scripta *Plin. lib. 21. Theophrastus l. 6. c. 6. Dioscorides l. 3. c. 132.* Quomodo autem prius alba puerpureum colorem attraxerit ex sanguine veneris, quo fuit infecta, tradit *Aphthonius in fabulis*, & nos paulo post.

CUI SACRA.

Rosa veneri sacra apud Poetas, commento fortassis locum dedit, quod flos illa brevi tempore viget, ita & venerex volutates. Qua de re Theocritus.

ὅτι τὸ φῶς καθάρ ἐστὶ καὶ ὁ φῶς ἀπὸ τοῦ ὕδατος. Nisi malis hanc causam dari, quod odorum suavitate, & colorum aspectuque lepore exciteret Venus: Sanè ob colorem elegantiam, & odoris suavitatem veneri sacratam a Poetis Rosam *Paul.* in *Eliacis* fateatur. Ut quae ipsa primum inveniret, cum in formae controversia a Junone, & Pallade cestum amoris Fasciam deponere cogeretur. Ut ludit *Libanius Sophisti.* hinc *Mart. lib. 7.* Veneri in deliciis esse esse canit.

I felix rosa, mollibusque servis Nostri cinge comas Apollinaris. Quas tu nescere candidas, sed olim, Sic te semper amet Venus, memento. Fingunt autem, Venerus cum Adoni sub apto periclitanti veller succurrere, pede in spinis rosarum vulnerato, eam ex alba suo sanguine rubricasse, meminit *Claud. de raptu Prof.* *Sic fura cruoris capitis signa sui.*

In Rosa autem Eligio Auzonio adscripto, Aurora Rosa comparatur, & in Veneris tutela esse traditur. *Ambigere, rapereque Rosi Aurora ruborem, An daret, & flores ingeret orta dies. Ros unus, color unus, & usum mane duorum, Sideris, & Floris est domina una Venus. Forsan & unus odor, sed celsior ille per auras Diffatur: spiras proximus iste magis.* *Communis Paphia Dea sideris, & Dea floris Praecipit unus muricis esse habitum.*

SYMBOLA.

Apud Veteres Rosa verni temporis symbolum erat. Hinc Veneris hastam adornabant pomis rose folis cincto: quod fructum, & florum primitias advenientis aestatis indicium esse significaretur.

Apud Ethnicos non solum, sed & Christianos Rosa symbolum habetur vitae nostrae momentaneae, & fragilis, etraque illius olim velut hieroglyphicum. Item formae statim intenteunt. Unde Hieronymus Auzonius utrumque hoc disticho complectitur:

Pulchra brevi durat Rosa tempore, forma brevique Tempore, sic forma par Rosa tempus habet.

Rosa itaque pulchritudinis, & vitae parvo tempore durantis adeoque ipsius hominis symbolum est juxta illud Jobi, Qui quasi flos egregitur, & coneritur.